

suit, ruptis vasis dilatatis, bidui spatio septuaginta uncia sanguinis effluxerunt; licetque ex tanta sanguinis jactura eger admodum debilis foret, sequenti tamen die, soluta fascia, qua tegebatur malum, majori adhuc quam antea impetu sanguis erupit. Accidit aliquando in effœtis mulieribus, postquam omnia signa scirri uteri prægressa fuerint, ut dolor fixus continuo pubem, hypogastrium, lumbos occupet, & saniosus ichor ex pudendis exeat: solet tunc sæpe immanis hæmorrhagia uterina sequi, unde admodum debiles factæ pro tempore levamen sentiunt, donec restauratis viribus redeant omnia eadem mala. Videtur tunc caucrofa talia diathesis circa uterum hævere, quæ dilatata vasa erudit.

Convulsiones. Quæ vel nimiam evacuationem cruentis prægressæ sequi solet; vel a nervis irritatis & dolore intollerabili nascuntur. Vide §. 226. & 232.

Febris lenja. Ob vigilias perpetuas, & acrem dolorem toleratum. Præterea fantes illa acris putridis, vigiliis, febre, consumptis viribus. Tandemque, post summas miseras diu toleratas, toties optata inter diros illos cruciatus mors omnibus his malis finem imponit.

Ex omnibus illis, quæ modo dicta fuerunt, patet, quam deplorabile malum cancer sit, si tolli nequeat; ut etiam quam horrendi sint ejus effectus, si in corporis interioribus hæren indomabili rabitur: in hoc uno tunc felices ægri quod depastis visceribus citius moriantur; cum per menses, imo & per annos quandoque, sensim erodantur, si in exterioribus hæreat radicatum malum. Similque apparet, quanta cum cura scirrus, infelix nascituri cancer rudimentum, traetari debeat; extirpandus statim, si nulla resolutionis spes affulget, dum acrem illam saniem continuo fundit cancer exulceratus; interimque heclica febricula, & vigi-

Extenuatio totius. Quantum dolor diu toleratus, & animi curæ corpus extenuare possint, docent observationes quotidiane. Cum ergo tales ægri continuis torqueantur doloribus, & pessima omnia prævideant, non mirum est, illos contabescere. Præterea ingens copia liquidi de corpore subducitur, dum acrem illam saniem continuo fundit cancer exulceratus;

interimque heclica febricula, & vigi-

§. 500. IN Euchymis occulti cancri quiescentis facilis toleratio, moti rabies (499.) prædicitur.

In Prognosi ergo omnia modo enumerata maledicuntur, si nempe cancer exulceratus fuerit: Quamdiu enim adhuc occultus est, pellibus suis coercitus, tamdui tolerari potest, modo quiescat, nullisque irritetur remedis, que motum humorum per vasa augere possunt ipsa cancri substantia, vel in vicinis partibus, tunc enim brevi fureret. Optime hoc monuit Celsus, qui de Carcinomatosis cura fere desperasse videtur, adeoque solam curam palliativam commendat, dicens: *Neque ulli unquam medicina profuit: sed adusta protinus concitata sunt, & increverunt, donec occiderent. Excisa etiam, post inducitam cicatricem, tamen reverterunt, & causam mortis attulerunt:* Cum interim plerique nullam vim adhibendo, qua tollere id malum tentent; sed imponendo tantum lenja medicamenta, que quasi blandiantur, quo minus ad ultimam senectutem perveniant, non prohibeantur (s). Docuit jam Historia Medica, canceros occultos per plures annos hæsiisse in corpore, absque notabilis mala. Narrat Tulpus (t) quod foemina gesserit per quinquaginta & amplius annos durum ac inæquale carcinoma: sed sine ulcere aut ulla gravi noxa. Adversa dein mariti fortuna cum affligeret miseram, incrementus dolor & pruritus hæc tenus silentis mali, & adurentibus medicamentis impositis, Empyrici consilio, brevi in cancerum ulceratum pessimum abiit.

Observavit Hildanus (u) in cive Lausannensi

(s) A. Corn. Celsi Medic. Lib. V. c. 27. p. 318. (t) Observ. Medic. Lib. I. c. 47. pag. 90.
(u) Observ. Chirurg. Cent. i. Observ. 89. p. 70. (v) Ibidem.

liæ protractæ corpus depascuntur; simulque functiones illæ, que restaurandis perditis inserviunt, parando ex ingestis bonos humores, depravanteur.

arcurus, Indolentes in aure calli. Intolerabilem sœtorem cancer ulceratus spargere solet, sit ut adstantes ferre nequeant. Interim coguntur miseræ omnia signa scirri uteri prægressa fuerint, ut dolor fixus continuo pubem, hypogastrium, lumbos occupet, & saniosus ichor ex pudendis exeat: solet tunc sæpe immanis hæmorrhagia uterina sequi, unde admodum debiles factæ pro tempore levamen sentiunt, donec restauratis viribus redeant omnia eadem mala. Videtur tunc caucrofa talia diathesis circa uterum hævere, quæ dilatata vasa erudit.

Convulsiones. Quæ vel nimiam evacuationem cruentis prægressæ sequi solet; vel a nervis irritatis & dolore intollerabili nascuntur. Vide §. 226. & 232.

Lipothymia &c. Vel ab hæmorrhagia, aut dolorem toleratum. Præterea fantes illa acris putridis, vigiliis, febre, consumptis viribus. Tandemque, post summas miseras diu toleratas, toties optata inter diros illos cruciatus mors omnibus his malis finem imponit.

Ex omnibus illis, quæ modo dicta fuerunt, patet, quam deplorabile malum cancer sit, si tolli nequeat; ut etiam quam horrendi sint ejus effectus, si in corporis interioribus hæren indomabili rabitur: in hoc uno tunc felices ægri quod depastis visceribus citius moriantur; cum per menses, imo & per annos quandoque, sensim erodantur, si in exterioribus hæreat radicatum malum. Similque apparet, quanta cum cura scirrus, infelix nascituri cancer rudimentum, traetari debeat; extirpandus statim, si nulla resolutionis spes affulget, dum acrem illam saniem continuo fundit cancer exulceratus;

interimque heclica febricula, & vigi-

§. 501. *Cancer parvus, incipiens, liber, loco apto situs, vasis magnis non adcretus, a causa externa ortus, in juvenili, sanoque corpore, solus in toto corpore, illico ferro extirpandus, vel abscondendus est.*

Licet autem ex modo dictis constiterit, cancros occultos diu tolerari posse aliquando, cum tamen etiam in scirro, uti dictum fuit in Commentariis §. 489. æternus metus pejoris mali maneat, longe magis hoc in cancer verum erit. Adeoque pro axiomatico practico haberi poterit, omnem cancrum extirpandum esse, si, salvo ægro, & absque recidiva metu, fieri possit. Quamvis enim Celsus (v) nunquam medicinam cancer profusive scriperit, innumeræ tamen observationes docuerunt, illum tuto & felici cum eventu resecari sæpe posse. Verum, uti ante dictum fuit, obscuram & confusam cancri descriptionem dedit; & si considerentur illa, quæ in cancer cura jubet, facilis patet ratio, quare infelicitè cesserit; statim enim voluit imponi debebere medicamenta adurentia; & si levatur malum, minuunturque ejus indicia, tunc curationem procedere posse ad scalpellum & unctionem dixit. Sed sanitas appetit, hac methodo prius irritari cancerum pessime, antequam ad ejus extirpationem procedatur. Si jam considerentur illa, quæ alii Veteres Medicis de cancri ablatione habent, evidens erit ratio, quare pessimus eventus sequi debuerit. Sic apud Eginetam (x) legitur, quod quidam cauteris omne vitium consumetur, aliæ totam mammam excidentes deinde adurerent: addit tamen, Galenum solam sectionem commendasse, qua totus cancer sine ulla radice relicta excinderetur. *Etius (y)* cancri Chirurgiam Leonide tradens dicit, supra cancerum partem mammæ sanæ debere incidi, & incisam cauteris iniuri, donec crux inducta sanguinis eruptio fistatur; mox iterum debere secari, tuncque de novo aduri, sieque alternativè secando & urendo pergendum esse, donec totus cancer absumptus sit. Tuncque post amputationem integre peractam rursus partes omnes ad resificationem usque debere iniuri: additque primas inunctiones fieri sistendi sanguinis causa; postremas vero ad omnes morbi reliquias abolendas. Scirrhos tamen sola sectione tolli posse monet: credebat enim tunc nullum hæmorrhagiæ periculum esse, adeoque nec unctionem requiri. Quam periculosa autem fuerit crudelis hæc cancer curatio, fatis patet: imo & in sequenti Capitulo habetur, quod convulsiones metuenda essent illo etiam tempore, quo ulcus repurgatur. Ubi autem sola sectione cancer tollitur, utodie fieri solet, non videtur adeo periculosa cura esse, modo adiuncte sequentes conditiones.

Parvus. Ubi enim magnus cancer est, & operatio maius discrimen habet, & ingenti vulneris, quod tunc fieri debet, difficultis cura: sæpe enim, ingenti puris copia quotidie exeunte, exhausto corpore vero marasmo contabescunt; vel a pure diutius relicto in tantæ plague superficie, & reformato, cacochymia purulenta sanguinis fit, sæpe fusa.

Incipiens. Quo enim diutius duravit malum, eo peior, cæteris paribus, eventus; cum tunc aliquan-

§. 502. *E* Mollientia, emplastica, suppurantia, acria, excoriantia, desicatoria, cautifica, ei ulceratum; ergo vitanda.

Funesti toties eventus, post similiū applicatiōnem, docuerunt satis, nunquam his fanari cancrum,

do periculum sit, ne inferne cancer malignas radices vicinis partibus infixerit.

Liber. Nisi enim totus cancer simul & semel tolli possit, minimæ etiam ejus reliquæ malignus repululabunt: si autem suppositis partibus jam accretus fuerit, integre tolli non poterit. Quomodo autem cognoscatur, an cancer liber sit, dictum fuit in Commentariis §. 490. n. 2.

Loco apto sùus, vasis magnis non adcretus. Et de his in loco modo citato dictum fuit, uti & tertio ejusdem paragraphi numero: simulque ibidem patuit, quantum etiam in periculissimis casibus possit Chirurgi peritæ dexteritas, & intrepidus animus. Parotides enim scirrhos, glandulas submaxillares, & subaxillares, ingentium vasorum vicinia adeo metuendas, sectione prudenti ablatis sufficte confat, & felicissimo cum successu. Nullum tamen dubium est, pessima metuenda esse, si cancer magnis vasis adcreverit; tamen & in simili casu anceps remedium tentandum videtur, modo aliqua spes affulget, ægrum a dirissimo omnium malorum cancer sic liberari posse.

A causa externa ortus, in juvenili & sano corpore. Ubi enim a latente diathesi scirrus, & ex hoc cancer natus fuit, magnus metus est, ne illo extirpato, manente eadem causa, renascatur alter. Ubi autem v. g. a contuione mammæ ortum duxit, recidivæ periculum non est. Cum vero ad vulneris, poit extirpationem relieti, consolidationem optimâ sanitas requiratur, patet satis, quanta spes curæ sit, si in juvenili & sano corpore talis operatio instituatur. Efficta enim atas, imprimis in foeminas, scirrho (vide §. 485.) & cancro (vide §. 495.) producendis quam maxime opportuna est; uti etiam atrabilaria temperies.

Solus in toto corpore. Docuerunt enim observata, ablato cancro, si in alia quadam parte corporis scirrus, licet parvus, adfuerit, illum brevi aegeri, & in cancrum mutari. Sollicite ergo omnia loca glandulosa corporis externi examinanda sunt, ut detegatur, an aliquid scirrhos ibi lateat. Cum autem in scirri historia constiterit, & in corporis interioribus similia latere posse mala, pariter attendendum est, an quædam signa doceant, internas partes scirrho vel cancro affici. Sic in illis, qui glandulas colli omnes fere scrophulofas habent, plerumque simile malum mesenteri glandulas occupat. Cum autem inter mammas & uterum mira communicatio sit, antequam ad extirpationem canceris mammae procedatur, sedulo attendendum est, an circa uterum aliquid similiæ mali adesse suspicio sit. Si enim pondus insolitus circa hypogastrum sentiatur, aut dolor molestus illa loca occupat, validæ hæmorrhagiæ uterinæ subinde redeant, aliquid saniosi acris de vagina destillet &c. magnus metus est, ne post mammæ extirpationem, quamvis felicissime peractam, in utero pejus adhuc malum recrudefaciat.

Parvus. Ubi enim magnus cancer est, & operatio maius discrimen habet, & ingenti vulneris, quod tunc fieri debet, difficultis cura: sæpe enim, ingenti puris copia quotidie exeunte, exhausto corpore vero marasmo contabescunt; vel a pure diutius relicto in tantæ plague superficie, & reformato, cacochymia purulenta sanguinis fit, sæpe fusa.

Incipiens. Quo enim diutius duravit malum, eo peior, cæteris paribus, eventus; cum tunc aliquan-

sed irritari tantum. Unde omnes prudentes Medici & Chirurgi unanimi consensu prohibent similiū usum.

(v) Lib. V. cap. 27. pag. 312. (x) Lib. IV. cap. 45. pag. 88.

(y) Tetrabib. IV. Serm. IV. cap. 45. & 46. pag. 58.

usum. Sola enim cancri medela extirpatio. Omnia emollientia, emplastica, suppurantia, movent in-domabilem cancri materiam, & ad pessimam putredinem disponunt; nunquam autem ad suppurationem deducere poterunt. Acria, excoriantia, vesicatoria, cauifica actualia & potentialia, cancri te-eti integumenta solvunt, illumque brevi apertum, & pessime ulceratum redditum. Videatur illa, quæ de similium remediorum noxa dicta fuerunt in Commentariis §. 490. num. 3. & §. 495. Unicum adduxisse exemplum ex Paræo (z) sufficiat, quo modo dicta confirmantur. Nobilis virgo, ex comitatu Reginae matris, tumorem nucis magnitudine in mamma sinistra gerebat, cuius maligna indoles ex doloribus lancinantibus satis apparebat. Paræus eu-ram palliativam solam convenientem judicavit, assen-

tiente expertissimo Medico, qui in consilium vocatus fuerat. Post bimestre spatiū, manente eodem morbi statu, morosior ægra aliud Medicum consu-luit, qui integrum curam promisit audax, licet monitus esset, ab aliis incurabili illud malum ha-beri. Applicuit tumori calida & emollientia; un-cum dolore acerrimo & validissima inflammatione; donec tandem rumperetur tumor, simulque ingens hæmorrhagia sequeretur: quam dum cauificis pul-Veribus applicatis compescere nitebatur Medicus, o-mina pessime irritabantur symptomata, brevique post moriebatur ægra. Quam infelix ille, cui con-scia mens exprobrat, quod simili temeritate proxi-mum in tanta mala projecterit!

§. 503. **C**ancer magnus, vetus, adhærens, locis extirpationi ineptis situs, vasis magnis adcretus vel incumbens, a causa interna ortus, in corpore senili, cacoehymico, ad cancerum composite, alii jam canceris in eodem corpore sociatus, nec ferro (501.), nec medicamentis (502.) tangendus est.

Enumerantur hac paragrapho omnia illa signa, quibus cancri extirpatio vetatur, quæ penitus op-posita sunt illis, quæ §. 501. recensita fuerunt, & facile ex illis, quæ ibi dicta fuerunt, intelliguntur. Requiritur autem in similibus casib[us], ubi de extirpatione cancri deliberatur, ut omnia serio ponde-rentur: si enim cancer relinquitur, qui extirpari poterat, pessime consulitur ægris; si tollatur talis, qui relinquendus erat, augmentur omnia mala, & frustra operationis, satis fæpe crudelis, tormenta patiuntur miseris. Ubi ergo vel immensa mole, aur temporis diuturnitate metuendum malum est, aut vicinis partibus adcreverit, nil boni ab extirpatione sperari fere poterit: satisque patet, hanc omnino impossibilem esse, nisi manibus Chirurgi & instrumentis facilis aditus pateat. Ubi vero vasorum magnorum vicinia periculosam fore hanc curationem demonstrat, non tentanda, nisi certus quis sit, ligatur, vel alio quocunque modo, metuendum hic hæmorrhagiam compesci posse. Evidens est ex illis, quæ dicta sunt in Commentariis §. 501., cancerum a causis internis ortum vix unquam cum spe felicis eventus tolli posse; & maxime quidem si effixa ætas, vel insignis cacoehymus demon-strant, difficulter factum vulnus consolidandum for-re. Ut enim in vulnerum historia patuit, restitu-tio perditæ, & unio separatorum, humores sanos, per vala bona, apto impetu & copia debita allatos, postulant. Ubi autem in locis etiam diffitis plures scirri occurunt, vel occulti jam canceri, novi-

§. 504. **N**i enim cum radice & semine integre extirpari queat, asperabitur, ad interio-ria recurrit, alios generat, factos auget.

Cancri radix vocatur, quidquid de ejus substan-tia vicinis partibus accrescit, & per illas quasi dis-pergitur. Dicatum enim fuit §. 499. cancerum exulceratum in profundum ad partes vicinas undique emit-te malignas tales radices, quibus fortiter hæret. Aptissime autem hoc nomen datur his cancri propaginibus, quia reiectus ex illis radicibus relictis brevi epullulat. Hildanus (a) narrat, quod dum scirrhosum linguæ über examinaret, tactu deprechen-derit, majoris fili tinctar propagines ab hoc scirrho

per linguæ substantiam dispergi. Nisi ergo cancer cum suis radicibus tolli possit, brevi recrescit idem malum. Habetur apud Ruysschium (b) audax talis curatio, qua post sectionem factam carenti ferro inurebat locum, ut cancri radices destrueret inte-græ. Vetula tumorem malignum induratum gesse-rat in lingua a longo tempore, postque iteratam sectionem recidivam passa fuerat: Communis consilio Celeberrimus Ruysschius & peritissimus Chirurgus concluserunt, nil aliud superesse remedi, quam ut ex-

(z) Livre VII. chap. 22. pag. 182.

(a) Cœnur. 3. Observ. 24. pag. 263. (b) Observat. Anat. Charter. Num. 761 pag. 70.

ut excideretur denuo renatum malum, & deinde locus carenti ferro inureretur. Crudelem curam admisit facile animosa hæc anus, & fortiter pertu-lit, vix illos ejulatus inter hæc tormenta emittens, licet fatis fortiter cauteria adigerentur, & quidem iterata vice. Escharis separatis locus brevi ad cicatricem deductus fuit, atque postea diu sana vi-xit.

Semen cancri autem vocatur illa causa, quæcumque demum fuerit, quæ primum scirrhæ rudimen-tum nasci fecit. Si jam a suppresso menstruo aut hæmorrhoidali fluxu consueto, atrabilaria temperie, vita tristi, labe hæreditaria &c. primum originem duxerit, scirrus, ex quo postea cancer factus fuit; nisi hæc vita emendari possint, frustra extirpabitur cancer; cum manente causa justus metus sit,

§. 505. **C**ausa cancri tollenda cum cancero, vel antequam tollatur ille.

Nisi integre auferri queat, relinquendus est.

Uteri, faecium, palati, axillarum, inguinum insanabilis; labiorum curatu difficultis.

Causa cancri &c. Ratio ex illis, quæ modo dicta sunt, patet. Omnia optimum est, modo aliquam patiatur moram ferocia malum, apta medela tollere prius causam cancri, antequam extirpatio institua-tur. Si vero in mora periculum sit, tunc poterit tamen cancer tolli, modo spes bona affulget, cancrofam in corpore diathesin superari posse.

Nisi integre auferri &c. Certum enim tunc est, reliquias cancri resecti, quamvis minimæ fuerint, brevi in similem molem excreturas, pari, imo ali- quando & majori, malignitate. Memorabile hujus rei exemplum vidit Celeberrimus Boerhaavus in nobili foemina. Extirpabatur a dexterrimo Chirurgo mamma cancerosa; hocque facto, in media plaga apparuit stigma cinereum, digitus minoris unguem vix æquans magnitudine; cumque illud ipsi substantia pectoralis musculi infixum hæreret, rescin-dere funditus non audebat Chirurgus, sperans ero-dentibus hoc tolli posse. Curatio vulneris satis fe-liciter procedebat, jamque fere omnis superficies cicatrix obducta erat, tuncque incepit illud stigma attolliri, mole augeri, & in fungosam massam expandi, quæ summa malignitate furens omnia vi-cina depascebatur, donec misera hæc ægra more-retur. In alio simili casu audacior alter Chirurgus exscidit viva de carne musculi pectoralis relictam cancri resecti radicem: Cumque omnia felicissime cedere videbantur, decima quarta die post extir-pationem factam incepérunt maxilla constringi, & tandem adeo obrigescere, ut nulla vi diuidi potuerint; &, incassum tentatis efficacissimis etiam remediis, tetanodes periit. Apparet ex his casibus, quanta cum cura ante extirpationem examinari debeat, an cancer undique liber nulli parti cohæreat.

In quibusdam vero corporis locis cancri si nascan-tur, curatio vel impossibilis omnino, vel saltem difficillima est. In visceribus corporis si cancri hæ-reant, facile patet, nullam medelam superesse, cum nullus detur Chirurgi manibus aditus. Insana-biles etiam haberi solent cancri Uteri, imprimis si ulcerati fuerint: scirrhosum enim tumorem, jam in cancerosam malignitatem tendentem, in hoc etiam loco resectum fuisse ex Tulpæ observationibus

(c) Observ. Medic. Lib. I. cap. 46. pag. 88.

(d) Tulpæ Observ. Medic. Lib. III. cap. 14.

(e) De caus. & sign. morbor. diuturna. Lib. II. c. 11. pag. 64. (f) Epidem. 7. text. 129. Charter. Tom. IX. pag. 596.

similia mala in aliis locis brevi renascitura: imo & forte in internis partibus jam scirræ rudimenta hæ-reant. Si vero scirræ in aliis locis jam adsint, abla-to cancer, augebuntur brevi, & in similem mali-gnitatem degenerabunt; ut plurimi observationibus constitit. In cadavere puellæ, in orphanotrophio pu-blico a strumis colli scirrhosis suffocatae, vidit Tulpæ (c) sub qualibet struma clanculum delitescere minores alias, non singulas, sed vicinas aliquando in eodem loco occurrentes, forma feminis lupi-norum non absimiles. Tali autem ordine disposita erant hæc strumarum latentia semina, ut majora minoribus semper incumbenter, declinante sensim usque adeo illarum mole, ut tandem vix æquarent semen sesaminum.

in Commentariis §. 484. dictum fuit: exulceratum vero cancerum quis hic attingere auderet, cum malignis radicibus tunc undique adhærescat? uti in cadavere mulieris, a cancero uterino crudelem in modum occisa, vidit idem auctor (d): Tumor enim lividus ac ater, cruento & sanie undique per-fusus, membranacei filamentis undique neclebra-tur utero. De uteri morbis agens Arctetus (e) etiam de canceroso ejusdem ulcere loquitur, mo-netque illud occidere, sed diuturno tempore prius afflitas. Putredo enim ab ulcere fuit, nequidem ip-sis ægrotis tolerabili, effraturaque attacu & medi-camentis, & quovis remediorum genere exacerbatur. Ex quibus satis patet, quod verum uteri cancerum hic descriperit; licet paulo post subjunxit sequen-tia: At cancer neutiquam ulcus est, sed tumor durus indomitus, qui una totum uterum distendit &c. Vi-detur enim hoc de tecto cancero dixisse; ulceratum vero ulceris maligni & exedentes nomine descripti-fee; statim enim hæc addit: Utraque autem hec cancerosa sunt, & diuturna, & perniciosa: Ulcus au-tem non ulcerato multo pejus est, & odore, & dolori-ribus, & vita & morte.

Faucium. Dicatum fuit in Commentariis §. 484. scirræ fedem satis frequenter esse in mucosis illis folliculis, qui os internum, fauces, pharyngem undique occupant; & imprimis quidem, quia horum ope a sanguine fecernit, & colligitur lentes mu-cus, ex propria natura facilis inspissandus. Præ-te-rea numerosissimæ papille nerveæ, per harum par-tium superficiem dispersæ, aliquando in cancerum fungosum pessimum degenerant, ut dictum fuit in Commentariis §. 496. Vidi sic horrendo spectaculo magnam partem palati & totum velum pendulum palatinum cancerosum factum fuisse in sene, qui post summas miserias ex hoc morbo periret. Ubi altas jam radices in faucibus egerit cancer, facile patet, incurabile malum esse. Ubi vero parvam tantum partem occupavit, forte prudenti arte tolli posset. Apud Hippocratem (f) legitur, cancerum in faucibus unctione sanatum fuisse.

Palati. Callofa & dura membrana, quæ palati-num osseum investit, uti modo dictum fuit, ali- quando & in cancerum degenerat, & fere semper in-sana-

sanabilem, nisi forte exiguis admodum fuerit. Difficultatem curationis auget, quod, hac membrana destruta vel erosa, ossa palati nuda corrumpantur; unde iterum pessima mala nascentur. Ideo Galenus (g) explicans illum Hippocratis Aphorismum, qui canceros occultos curare prohibet, dixit: *Qui cancer in palato (ir - & spv - txx), quod fornicateum palatum osseum designat) ortum, vel in sede, uia in sinu muliebri secuerunt, aut usserunt, non potuerunt ulcer a cicatricem perdere; sed homines curationis cruciatu ad mortem usque consumserunt; qui non curati minori cum molestia diutius vixissent.*

Axillarum, inguinalium. Vicinia maximum vasorum facit, ut vix extirpari possint absque pericolo lethali Hamorrhagiæ. In scirrhæ historia notatum fuit, Hildanum felici eventu tumorem scirrhosum, inchoato jam dolore malignum, extirpasse sub axillis. Ubi autem in verum cancerum hæc malitia abierunt; & imprimis si ulceratus fuerit, patet facile quam periculosa talis cura foret; cum & varicosa vasa sint circa cancerum, & summis metus, ne subiectis vasibus jam accreverit. Accedit, quod vicinis glandulis tæpe inheraret eadem labes, unde post periculosa extirpationem sèpe recrudesceret malum.

§. 506. Ergo in statu (503.) adspiramus ad duo: 1. quietem mali. 2. lenimen symptomatum.

Ubi ergo cancer, cognitus signis §. 497. recentis, ob conditiones §. 503. enumeratas, nec ferro nec medicamentis tolli vel emendari potest, miserrima ægi conditio est, cum latentem in corpore hostem gerat, qui a causis, nulla sèpe prudenter evitan-
dis, facile irritari possit sic, ut indomabili sævitie furat. Funesta hæc Prognosis ægro minime revealanda est, sed amicis tantum; hacque sèpe erigi debet, posse aliquando ad mortem usque tolerari malignam fine tantis calamitatibus, modo cum prudenter tractetur. Optime enim in Commentariis suis

§. 507. Q Uies impetratur: 1. locum defendendo ab omni externo per plumbata, & narcotica. 2. causam (495.) cognitam minuendo, corrigendo, avertendo: quo lenia purgantia ex blandis vegetabilibus, mercurialibusque faciunt, parva & sèpe geminata dofi data. 3. diluentibus, aperientibus blandis, subalcalicis. 4. vitando, quæ sumta, vel applicata vicem causæ gerunt.

Dictum fuit in Commentariis §. 492. dum vasa vicia, aucto humorum motu, ad duos scirrhæ margines atteruntur, inflammationem nasci, scirrhæ mutante haec tenus benignum in cancerum mutari; & ex illis, quæ dicta sunt in Commentariis §. 469. constitit, ab eadem causa cancri malignitatem augeri. Quies ergo summopere hic necessaria erit. Absoluta quidem tantum in cadavere obtinet, sed pacatissimus humorum blandissimorum per vasa pervia motus hic intelligitur, ut nulla fiat cancri irritatio, nec ab aucto motu; nec ab acribus hoc delatis.

1. Quantum noceat scirrhæ & canceris inde natis, irritatio qualibet externa, dictum fuit in Commentariis §. 495.: omni ergo cura locus affectus defendi debet ab attritu vestrum imprimis; & ut dictum fuit §. 490. num. 4. quam maxime cavendum erit, ne occulti mammarum cancri a loricis arcte adstrictis premantur, vel ab agitatione valida perioralis musculi suppositi irritentur. Unde nunquam melius Eleemosynæ publicæ possent impendi, quam

alendis miseris illis foeminis, quæ cancro testo laborantes manibus tamen viatum sibi comparare debent. Omnia optimum est mollissima aluta teger locum affectum, ut omnis vestrum incumbentium attritus evitetur. Emplastrum ad eundem usum laudantur, sed talia tantum, quæ nec emollientio nimis integumenta, nec movendo cancri materiam, nocere possunt. Sola ergo plumbata hic convenient, & quidem talia, quæ non adhærent firmiter partibus, quibus applicantur: tunc enim metus foret, ne exhalans liquidum, sub emplastro tenaci coercitum, maceraret integumenta, atque illa brevi dirumpi faceret. Simil etiam his misceri solent narcotica, quæ tua efficacia nimis facile irritabiles nervos, per cancerum ejusque integumenta dispersos, sopiant parum, sive metuentum hic pruritum compescant, & molesto dolores lancinantes sedent. Emplastrum diapomphylagos officinarum, ex oleo solani & plumbi calcibus paratum, pulcherrimi in his casibus usus est. Si milium

(g) In Commentariis Aphor. 38. Sect. IV. Chart. Tom. IX. pag. 272.

(b) Commentarii in Aphor. 38. Sect. VI. Charter. Tom. IX. pag. 272.

milium Emplastrorum formulæ in Materia Medica ad hunc numerum habentur.

2. Omnes enim causa §. 495. enumeratas, cum scirrhæ in cancerum mutant, si pergant agere, vel augeantur, poterunt cancerum testum in ulceratum convertere. Illæ ergo, per sua signa cognitæ, tolli debent, vel faltem minui: si vero neque hoc impetrari possit, averti debet illarum actio a parte affecta, quantum fieri poterit. Nihil magis nocet cancer, quam humorum acrimonia, cum & benignus scirrhæ cito inde in cancerum degeneret, ut antea dictum fuit: Sedulo ergo inquirendum est, an hæc adsit, & qualis? & deinde per idonea remedia, singulari acrimoniæ cognitæ opposita, hæc emendari debet: alia enim requiruntur, ad acrimoniæ acidam, muriaticam, putridam, oleosam &c. Ut avertatur materies morbosa in humoribus latens, pulcherrime coadūcunt purgantia, sed leniora, & talia, quæ sine multis turbis excitatis in corpore fundunt humores, & evacuant. Lenissima mercurialis præparata, purgantibus præcipue hic laudantur, ob magnam vim solvendi, quam possident; cavendo semper, ne imprudenti illorum usu salivatio hic nocturna excitetur. Si putredinis signa adfint, ut in scorbuto sèpe observatur, tamarindorum cum foliis fena decoctum, cremor & crystalli tartari, & similia, proderunt. Ut autem turbæ, a lenioribus quamvis purgantibus, in corpore excitatae, sedentur, conductæ leve opiatum exhibere post purgantium operationem finitam. Quantum autem profit purgantium usus, in canceris testis præservandis, ne ulcerentur, docuit Galenus (i). Mulierem enim, cancerosam diathesin in mamma habentem, circa veris initia quotannis purgavit satis fortiter medicamento atramabilem evacuante: simulque notat, quod, omissa hac purgatione, in profundo dolor oriretur, certo indicio, cancerose diathesis malignitatem tunc augeri.

3. Totus scopus enim est, ut fiat æquabilis & sedatus humorum circuitus: hoc autem obtinebitur, si paulo plus diluti fuerint humores, & vasa pervia. Dantur ergo talia, quæ diluat, & attenuant, neque tamen humorum motum augent. Aqua autem sola fera diluit, ut dictum fuit §. 134. huc deinde ad duntur talia, quæ & vi attenuante prædicta sunt, & simul blanda inde omniæ acrimoniæ lenienti. Decosta ergo radicum bardanæ, chinæ, scorzonerae,

§. 508. Symptomata iisdem (507.) leniuntur; dolor opiate exigit.

Omnia enim symptomata, quæ cancro occulto accidunt, tantum ab ejus aucta malignitate pendent: si ergo methodo præcedenti paragrapto descripta in eodem statu servetur cancer, lenientur mala præsentia & cavebuntur futura. Præcipuum symptomata est dolor, a distractis integumentis ob tumoris augmentum, vel acrimonia cancri rodente nervos vivos per ejus substantiam dispersos. Causam doloris tollere sèpe non possumus: tunc ergo nihil super-

§. 509. Exulceratus (498. 499.), ni tolli queat, lenitur sèpe mundando, plumbata lenissima applicando, tum dicta (507. 508.) adhibendo.

Ubi autem cancer, pellibus suis ruptis, exulceratur, tristissimum exhibit medentibus spectaculum; atque adeo sèpe horrendum, ut viderim, intrepidos, & longo artis usu duratos, Chirurgos vix sustinuisse, ut siccis oculis luctuosissima hæc mala tractarent. Abominabilis enim foetor, retorrida illa labia, & certa curæ desperatio, movent etiam tales, qui inter crudelissimas operationes nullis ægrotum.

Tom. II.

(i) In Libello: quos deserit purgare, & quibus catharticis, & quando. Chart. Tom. X. pag. 470.

rum ejulatibus turbantur. Quamvis enim quisque, ut puto, pretio redimere veller, ne harum calamitatum spectator esset, jubet tamen proximi commiseratio, ut miseros derelinquendo non reddamus inferiores, & conemur saltem lenire incurabile malum.

Acerrimus ichor, quotidie malignior, &, ut optime dixerat Aetius (vide §. 469.), omni ferarum veneno deterior, rodit dolentissimam cancri superficiem, si diu ibi relinquatur, & defluens inde vicina omnia exedit. Unde saepius de die mundari debet locus affectus, & vicina omnia vel unguentis mollissimis, vel emplastris plumbatis, defendi debent, ne a deplente sanie erodantur. Omnium optimum est, si quater ad minimum intra 24. horas mollissimis plumaceolis, leviter tepefactis, absorbent collectum virus; deinde tota superficies cancri exulcerati tegatur similibus plumaceolis, sed leviter unguento nutrito, sine corpore dicto in officinis, ex aceto lithargyri & oleo simili mistis composto, obductis: sicca enim plumacea, quamvis optime imberibent exsfudantem ichorem, adhærescent ulcri, & postea, his avulsis, acerrimus dolor fieret. Sic liber aeris accessus cavitur, impeditur efficiatio, & acetis vis putredini resistit; cuius tamen acrimonia plumbo addito mitigatur. Pinguia omnia nocere observata sunt, dum imperspirable ulcus redundat siccus sanie liberum exitum impediunt. His plumaceolis deinde superimponitur emplastrum dia-pompholygos, sed foraminibus exsectis in tota ejus superficie, ut sanies libere possit exire, deinde his foraminibus linteal capti siccis applicantur, ut imbibant exsfudantem ichorem. Lenissima fascia applicata circumductione totus hic apparatus retinetur; validior enim pressio loci affecti exasperaret statim omnia mala.

Cum autem & pessima putredo cancrum exulceratum comitari soleat, & huic occurrendum est, quantum fieri poterit. Acetum, sal marinus, gemma & efficacissime quidem omnem putredinem dominat; sed ab omnibus acribus pessime irritat cancri ulceratus. Narrat Hildanus (k), quod Chirurgus mammæ cancerosæ applicerit unguentum Egypiacum, ut foetorem emendarerit, & fungosam cancri luxuriam compeseret; verum adeo inde irritabatur malum, ut brevi tempore spatio ad costas usque tota mamma eroderetur. Unde apparet, quanta hic prudenter opus sit. Omnia autem hæc adeo diluta applicanda sunt cancro ulcerato, ut sua acrimonia nocere nequeant. Acetum vigesculo aqua dilutum, addito salis marini pauculo, ferri poterit, multumque proderit, si singulis vicibus, dum mundatur locus, tota superficies tepido tali liquido abluitur. Spiritus salis marinæ, cu adeo efficaciter omni putredini resistat, summi pariter usus erit; modo tanta copia aqua diluatur, ut oculo infillatum hoc liquidum vix dolorem faciat. Cancrum exulceratum mammæ in paupercula muliere, cæteroquin sanifi-

§. 510. **E**xstirratio fit: 1. Corpus vietu, medicamentisque refocillantibus, & causæ adversis preparando. 2. totum simul & semel cum omni radice filo trajecto, vel surilla suffixa elevatur excindendo, vel detectum incisis integumentis, filo trajecto attollendo, & deinde prudenter separando. 3. vulnus rara, blandaque obligatione curando, vicino cruce prudenter prius evacuato.

(k) Observ. Chirurg. Cent. 3. Observ. 86. pag. 287.
(l) Ibid. Observ. 84. pag. 265.
(m) Lib. II. Method. Med. ad Glaucon. cap. 2. Chart. Tom. X. pag. 65.
(n) Lib. IV. cap. 26. pag. 66.

ma, per quindecim menses potui hujus remedii usi sic sustinere, ut vix in deterius vergeret; imo in marginibus aliquod suppurationis vestigium vidi, qua fungosæ molis pars quadam separata cedebat, fundo satis puro apparente. Magna tamen spe, quam conceperam, excidi postea, dum, aucta malignitate, leni hoc auxilio putredinem cohibere amplius non potui, & acrioribus remedii illico exasperaret malum: unde & hæc misera, postquam per biennium cancrum exulceratum gesserat, periret. Fatur ingenue Hildanus (l), se fallaci spe delusum fuisse, dum cancerum lingua ulceratum tractaret variis remediis, & quidem tam pulchro cum successu, ut non tantum quotidie mitesceret atrox malum, verum etiam, post validam hæmorrhagiam, & copiosum sanie cadaverosa effluxum, omnis tumor evanesceret, ac malignitate extincta uelus laudabilem sanie funderet, & caro, non livida, sed rubella & sana sensim succresceret, ita ut jam fere cicatrice obducendus videretur locus, sola tantum parva rimula relieta. Cum omnia jam in vado esse crederet, scrupulosus tumor, sub maxilla inferiore latens, auctus quotidie, labe sua linguam denuo inficit, quæ adeo paucorum dierum spatio intumuit, ut totum oris cavum impleret non tantum, sed & ultra dentes prominenter adeo, ut ante mortem horrendo spectaculo viderit Hildanus, superiores dentes per exesam linguam inferioribus conjunctos fuisse. Docent tristissimi hi casus, quam terrible malum sit cancer exulceratus, post fallaces inducias tanto acerbis furens. Forte tamen & deinde aliqua spes affulget, non penitus impossibilem esse cancri separationem a partibus sanis; licet haec ignoretur, qua methodo, quibusve remedii, hoc fieri possit. Quam felix ille, qui hoc inveniret! quanta poemata, qui inventum celaret, turpis lucri causa!

Poscent jam his remedii, quæ putredini resistunt, cum fructu addi talia, quæ urentem dolorem narcotica sua vi lenire valent, etiam dum externe applicantur. Solani succum laudat Galenus (m), citum, Phellandrium, alii. Tegineta (n) pariter, ut dolorem tolleret in cancris ulceratis, jubet solani succum molli linteo duplicato exceptum applicari loco affecto, & extrinsecus lanam mollissimam, eodem succo madidam, circumponi, cavendo ne siccescat. Varia fomenta similia possunt parari ex hyosiciami, cynoglossa, papaveris foliis, aqua infusioni, addito aceto & sale, sed parca quantitate, ne sua acrimonia dolores augeant, & exasperent adeo facile irritable malum. Ad eosdem usus & opii aliquot grana similibus fomentis miscentur.

In vietu mollissima tantum convenienti olera, inscula carnium, lacticingia; vitanda omnia, quæ difficiilius digeruntur, vel acrimonia sua nocere possent: ut dictum fuit ad §. 507. Largus usus infusorum sambuci & Papaveris Rhœados plurimum prodeesse solet.

Si cancer exulceratus in tali corporis loco hæret, ad quem manibus Chirurgi accessus datur, neque partibus vicinis adhuc accrebit, nec in aliis locis scirrhi deprehendatur, qui tolli nequeunt: nullaque suspicio sit, in internis corporis partibus late-re simile malum; tollendus est quantocuyus, ne diutius relictus aucta malignitate plus noceat, aut vicinas glandulas inficiat. Sequentia autem in cancri extirpatione observanda erunt.

1. Cum saepè crudelis hæc operatio sit, & ablato cancro aliquando latum vulnus superficit, præstat prius blandissimis alimentis corpus replere, & gratis cardiacis, neque tamen admodum moventibus, erigere vires dolore, metu, vigilis, prostratas: sic enim postea felicior consolidatio facti vulneris sequetur. Simil attendendum est, talia debere dari, quæ cancri causa cognita adverfa sunt: Si v.g. putridus scorbutus in corpore predominans benignum scirrhum in cancrum exulceratum mutaverit, cerealia omnia, fructus horæ mollissimi, vel & leviter acidi, conductu. Si atrabilaria temperies pccaverit, mel, graminei succi, una cum prioribus convenient. Si autem signa docuerint, acidum auferum in corpore predominari, carnium juscula, pinguis mollissima &c. dari debent: cum autem cancer ex sua natura in pessimam putredinem vergat, plerumque acefentia sola tantum exhibentur. Verum saepè urget mali atrocitas, neque datur tempus corrigendi cognitam humorum acrimoniā antea extirpationem, cum metus sit; ne ulceratus cancer vicina inficiat loca, vel malignas radices in profundum dimittat, sicque impossibilem extirpationem reddit: unde tunc præstat statim cancrum subducatur necessarium corpori nutrimentum, sicque marasmo pereant ægri: simulque cavendum, ne pus nimis diu relictum in tanti vulneris superficie, venulis reforptum, purulenta cacochymia sanguinem inficiat, unde iterum pessima fierent mala: cum autem multum sic de corporis substantia perditum fuerit, omnia illa observare debebunt, quæ in vulnerum cum jaatura substantia curatione dicta fuerunt §. 189. & sequentibus. Imprimis autem blanda deterio loci, dum deligatur vulnus, necessaria erit, ne renascentium vasorum tenera pulpa radiori traktione destruantur; uti pariter in vulnerum curatione dictum fuit.

2. Funefam adeo prognostim cancri dedit Celsus (o), ut solam fere curam palliativam admiserit. Excitum enim cancrum tamen reverti & occidere dixit. Innumeris autem obseruationibus constat, canrum, si totus simul & semel cum omni sua radice tollatur, tuto extirpari, & absque recidiva (p). Ubi vel minima ejus particula relinquitur, tunc malignus repullulat. De variis autem methodis, quæ ad extirpationem cancri proponuntur, dictum fuit in Commentariis §. 490. num. 2. ubi de scirrhi ablatione agebatur.

§. 511. **H**is actis (510.), diu pergendum in vietu & medela cancro adhuc præsenti prodire queant.

Cum autem medentibus nihil turpius, agris nihil calamitosius, accidere posse, quam si poit crudelem operationem toleratam in aliis locis corporis simile renasceretur malum; diu adhuc pergendum erit in vietu & medela, quæ causis cancri adverfa cognoscuntur: præcipue si ab internis causis cancer extirpatus originem suam duxerit. Ubi enim ab externa causa, contusione v. g. in corpore sano cancer natus fuerit, poit ejus ablationem vix adest recidivæ periculum. Præstat certe nimia hic attention, quam secura nimis oscitantia: facileque ab ægris, semel dirum hunc morbum expertis, scrupulosa etiam præscriptorum Medicorum obseruatio impetratur. Illa ergo omnia, quæ §. 507. n. 2. 3. 4.

dicta fuerunt, diu adhuc erunt continuanda. Cum autem ex illis, quæ dicta sunt ad §. 484. & 496. patuerit, etiam in partibus internis corporis aliquando scirrhos & cancros deprehensoris fuisse, appetat satis, quam horrenda mala sequi debeant, dum rodens sanies ex cancroso ulcere depluens viscera depascitur. Plurimorum, & quidem pertinacissimorum, morborum chronicorum origo a scirrhis viscera obdidentibus saepè penderit; constitutique obseruationibus Medicis, in scirrhi & cancri historia memoratis, enormes dolores, mirabiles viscerum erosiones, tandemque, poit acerbissima tormenta, subitam mortem a cancro, interna corporis depascente, ortam fuisse.

(o) Lib. V. cap. 27. pag. 118. (p) Hildan. Observ. Chirurg. Centur. 3. Observ. 87. pag. 270.
(q) Livre VII. cap. 31. pag. 180.